



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciaae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Ida Virgo Et Martyr. Gandau.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

IOANNES EREMITA

Gandavi.

29. *Sept.* **N**Atione Gandauenſi vulgò Eremita S. Claudij nuncupatus, idè fortaffis, quod ad S. Claudij fanum in Burgundia celebre, piam ſapius peregrinationem inſtituiſſet. Ob ſanctitatis opinionè Regibus Gallia & Anglia tunc inter ſe belligerantibus carus fuit. Obiit autem anno 1419. Trecis in Campania mortuo cadaueri in eo coenaculo vbi obierat mero meridie ignea columna diutiſſimè apparuit. Sepultus eſt ibidè apud Dominicanos, & è terra eleuatus per Ludouicum Episcopum Trecenſem petente Ludouico XI. Gallorum Rege: qui & per litteras inſtitit pro eius Canonizatione vt fuſè narrat Nicolaus Camuzaus in Promptuario antiquitatum Trecenſium anno 1610. edito. Plurimis eum viguiſſe ſuo tempore miraculis teſtatur idem Ludouicus Gallia Rex in ſuis ad Romanum Pontificem litteris. Inter alia ſuo patri maſculam ſponendiſſe prolem quaè poſt ipſum pacificè regnum Galliaè poſſideret, Anglorum verò Regi nolenti pacem, citam prædixiſſe mortem, quaè & ſubſecuta eſt. Vide dictum Promptuarium fol. 322. & ſequentibus.

IDA VIRGO ET MARTYR.

Gandavi.

20. *Iun.* **H**Ac die, inquit Molanus, depositio ſanctæ Idæ, cuius corpus quieſcat Gandavi in Paroeciali Eccleſia ſancti Ioannis, qui nunc eſt Cathedralis S. Bauonis. Natalem tamen eius Canonici non celebrant, quid autem fecerit
Parochia.

Parochialis clerus ante eorum aduentum ignorant. Illud tamen in confesso est magnam olim in Ecclesia sancti Iohannis peregrinationem multamque populi deuotionem in die obitus sanctæ Idæ ad eius altare ac tumbam contigisse. Sed quæ postea superuenerunt in eandem Ecclesiam Diuorum Bauonis, Leuini & aliorum celeberrimæ, certissimæque Reliquiæ, videntur memoriam sanctæ Idæ velut obscurasse, cum autem Cornelius Iansenius primus, foelicis recordationis Episcopus feretra Ecclesie suæ visitaret, quæ annis ferè duobus ob Guesiorum persecutionem, in locis secretis ac subterraneis latuerant, in vnus scrinij schedula reperit scriptum Reliquiæ sanctæ Idæ Virginis & Martyris, cum tamen historia, quæ in manuscripto quodam libro in veteri Ecclesia Diui Iohannis seruabatur, habeat eam matrem fuisse sanctæ Vrsulæ, & de martyrio ipsius nullam faciat mentionem, sed vtrumque hoc est, Reliquiæ in munda lintea, & in nouum feretrum sunt translatae.

IOANNES MOTA.

Eques auratus, vir religiosissimus & sanctus nominatur ab Harduino in manuscripto Diuorum Flandriæ catalogo.

I O N A T V S

Abbas Marchianensis.

AMandus Traiectensis & Aubertus Cameracensis *i. Aug.*
Episcopi Monasterium Marchianense à B. Rictrude
Adalbaldi Ducis Duacensis vidua constructum in honorē
SS. Pe-

Q 3

SS. Pe-